

## **LIBELLUS WILLIGISI**

### **Transkription von Marie-Luise Heckmann**

*Russische Staatsbibliothek Moskau, Fonds 183, Nr. 368*

*Die Hs. stammt aus dem 990 durch Erzbischof Willigis von Mainz gegründeten Kollegiatstift St. Stephan in Mainz. Schriftbefund und Widmungsbilder machen eine Entstehung unter Erzbischof Heinrich I. von Mainz (1142-1153) wahrscheinlich, der, wie auch der Propst Hartmann von St. Stephan, offenkundig die Heiligung des Willigis per viam cultus betrieb. Zu Willigis als (Mainzer Lokal-) Heiligen vgl. Lexicon für christliche Ikonographie 8, 1976, Sp. 623. Für die Etablierung und Durchsetzung der Verehrung war die Grablege des Willigis von entscheidender Bedeutung. Er war am 23. Februar 1011 nach langjähriger Amtstätigkeit unter den drei Ottonen sowie Heinrich II. in St. Stephan beigesetzt worden.*

*Am Vorabend und am Jahrestag der Erhebung der Gebeine wird des verdienstreichen Bischofs mit Gesängen und speziellen Lesungen gedacht, welche der Propst mit einer kurzen Würdigung des Heiligen einleitet. In ihnen werden die einfache Herkunft, Wundertätigkeit, Barmherzigkeit, Keuschheit und Bescheidenheit von Willigis hervorgehoben. Den gegen die Laienpredigt gerichteten Zeitläufen des 12. Jhs. entspricht es, wenn der unbekannte Verfasser – in dem wir Propst Hartmann sehen dürfen – außerdem die Redegewandtheit und Predigtstätigkeit des Bischofs betont. Er bezieht auch dann eine klare Position, wenn er die enge Verbindung zwischen Willigis von Mainz und Otto II. anspricht, habe doch jeder von beiden die ihm auferlegte Last getragen (Onus ipse portabat regis et onus in se portabat pontificis). Der König tritt hierbei als höchster König und Priester (summus rex et pontifex), der Bischof als guter Hirte in seiner Kirche (pastor bonus in ecclesia) auf. Wundertätigkeit, Demut in der Amtsführung mit Blick auf den heiligen Martin und ein christlicher Tod runden das Bild eines Heiligen ab, das noch so ganz der überkommenen Gelasianischen Weltordnung entspricht.*

*Der Verfasser bedient sich hierbei einer etwas altertümlich wirkenden hymnischen Sprache und der Stilfigur des Cursus. Dazu passt, dass der Handschriftentypus des Libellus eines Heiligen vor allem in der Romanik belegt ist. Hierzu vgl. Libellus Christine Jakobi-Mirwald, Das mittelalterliche Buch. Funktion und Ausstattung (Reclams Universal-Bibliothek 18315), Stuttgart 2004, S. 83.*

*Nach Auskunft der Forschung blieben außerdem zwei Abschriften aus dem 17. Jh. erhalten, eine befindet sich bis heute in Mainz, die andere in Rom. Beide spiegeln offenkundig das zu dieser Zeit von der Diözese Mainz aus an der Kurie angestrebte Heiligsprechungsverfahren wider. Vgl. Friedhelm Jürgensmeier, Das Fest des heiligen Willigis von Mainz, in: Willigis und sein Dom. Festschrift zur Jahrtausendfeier des Mainzer Doms 975-1975, hg. von Anton Philipp Brück, Trier 1975, S. 425-436, bes. S. 430 f.*

*Nach der Säkularisation des Stifts (1794-1802) gelangte die Hs. auf Umwegen nach Moskau, wo sie im Februar 1868 der Baumwollfabrikant und Bücherfreund Aleksej Ivanovič Chludov (1818-1882) bei der Nachlassveräußerung des Moskauer Antiquars D.V. Piskarev für zwei*

Rubel erwarb und dann dem Rumjancev-Museum überließ. Die Russische Staatsbibliothek übernahm die Hs. 1928 von ihrer Vorgängerinstitution. Vorläufige Beschreibung unter <http://www.manuscripta-mediaevalia.de/dokumente/html/obj31300093>.

Eine gedruckte Ausgabe wird durch Frau Prof. Dr. Stephanie Haarländer (Universität Mainz) vorbereitet, der auch diese Transkription vorliegt.

Zusätze der Bearbeiterin sind kursiv gesetzt. Für Anregungen, Kritik und Ergänzungen ist sie dankbar: [heckmann.torun@web.de](mailto:heckmann.torun@web.de).

## **Transkription**

### **Würdigung**

*Fol. 1v* Sanctus Willigisus. Hartmannus prepositus.<sup>1</sup> Ego Willigisus conservus tuus et fratrum tuorum. *Fol. 2r* Hartmanno meo gaudium, qui ne oculus vidit nec auris audivit nec in cor hominis ascendit, qui preparavit deus diligentibus se.<sup>2</sup> Frater mi, compertum habeo, quia me diligis ex animo et ego amore tui languero. Multiplices ago gracias, quoniam vultus tui serenitas illuminavit habitationis meę tenebras. Beneficia collata memorię sunt commendata. Opera misericordię scripta sunt in libro vite. Unde pro merito rei bene gestę dabitur tibi gaudio nostro interesse. Verumtamen tuis viribus labor quidem restat exiguus, quem licet explere valeam, tibi potius iniungere malueram, quem me esse alterum iudicarem. Ad te, frater mi, sermo redde nomen meum celebre in medio ecclesię. Opera, quę ego facio in domino, nota, fac populo. Fac, ut propter mea merita et tua per monita me recipiat ecclesia. Nam, qui recipit prophetam in nomine prophete, mercedem prophete accipiet. Nam, qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet.<sup>3</sup> Si votum meum perfeceris, honorificavit te pater meus, qui est in celis. Quę fert hic scripta, nequaquam sunt male ficta. | Quę fert hic scripta, res est non fibula ficta. | Nuncia sunt vera, fidei sunt omnia plena. | Vero fonte cadit, quicquid rerum peraravit. | Nuntius est notus in nostra negotia totus. | Si quibus erravit, illi correctio stabit. | Si nimis adiecit, brevitudo tua commoda presit. | Si minus adiunge, qui opus sit, planius ungue!

*Fol. 2v* Sanctus Willigisus archiepiscopus. Henricus archiepiscopus venerandus.<sup>4</sup> Venerabili et dilecto fratri Heinrico sancte Moguntine sedis *Fol. 3r* digno episcopatu Willigisus dei misericordia id, qui est, quę sursum sunt sapere, non quę super terram. Nam sum immemor beneficiorum, quibus, non oblitus mei et fratrum meorum, operatus es in nobis opus bonum. Nam beneficia ecclesię a predecessoribus his, qui militant adversus animam, pessundata divina inspirante gracia, tui curiosi et perspicacis animi industria ecclesię restaurata, quasi ab exilio ad patriam sunt relegate. Preterea laborantibus meis rerum inopia tua paterne subvenit copia. Quę infinite misericordię et pietatis opera, nostrę dilectionis pignora, immensa deus cumulabit gracia. Cepisti bene, melius desine! Nam, sicut novit tui discretio, multo pluris est operis boni consummatio quam, quę preceedit, inchoatio.

---

<sup>1</sup> Bildüberschrift, die übrigen Worte als Motto auf einer fiktiven Tafel.

<sup>2</sup> Cf. 1 Cor 2, 9.

<sup>3</sup> Mt 10, 41.

<sup>4</sup> Bildüberschrift, die übrigen Worte als Motto auf einer fiktiven Tafel.

Munusculum, qui a benignitate tua peto, prestare pote continuo. Imple desiderium meum et vives in eternum. Procedat ex tua et sanctorum *Fol. 3v* patrum industria, quatinus nomen et scriptum meum tum per tua monita, tum propter mea, si qua sunt, merita suscipiat ecclesia. Promitto enim omnibus pie de me sententibus, sed precipue primatibus, - si fueritis verbi factores et non auditores tantum, recipiet vos in eterna tabernacula, cui est laus et honor et perennis gloria per infinita secula.

### **Liturgische Gesänge**

**Vesper** >In nocte sancti Willigisi confessoris ad vespervas antiphona< *Fol. 4r* Fidelis cleri concio glorioso Willegiso congaudeat patrono et gratis devocio sedula persolvat debitum pastori provido. >Antiphona secunda< Hic nutu domini, culmen pontificii concendere meruit et viriliter manu tenuit, ut res subiecta oculis innotuit. >Antiphona tertia< O res digna memoria, o vir laude dignus per omnia, qui pro dei reverentia cum summa vigilantia duo in Moguntia condidit monasteria. >Antiphona quarta< Illo quoque in cunctis provido multa insignia de votis optulit sancto Martino, per quem eius concivis fieri *Fol. 4v* promeruit. >Antiphona quinta< Sancti Willigisi sollempnitatem accurate celebremus, ut eius patrocinium sit nobis remedium et sempiternae salutis remedium. >Capitulum< Apparuit gracia domini nostri salvatoris variis et ineffabilibus signis ob beati Willigisi meritum perpetratis in nomine sancte et individue trinitatis. >Hymnus< Signo ineffabili misso de culmine celi. Resonemus laudes ei, qui regnat in aula dei. Signum ducis, signum est salutis, quo duce nobis previo vite donemur premio manentis perpetuo. *Fol. 5r* Quo veris solis radio semper occasu nescio. Noxe pollente tenebras agamus vite datori gracias. Prestet hoc pater et filius ac unio sancti spiritus, quorum tria nomina una vera est substantia. >Supra Magnificat< Amen. O sacratissima viri dei anima, o corpus sine corruptionis macula. Cui domini dat testimonium in signibus miraculis virtutum et sit sanctitatis vas sincerum. >Oremus< Deus, qui beatum Willigisum confessorem tuum atque pontificem signis ineffabilibus consecrasti, concede propicius, ut eius intercessionis merito sanctorum atque electorum tuorum aggregemur consortio. Per dominum nostrum. >Alleluia< >Oratio< Deus, qui sanctorum tuorum spes es et consolatio. Presta, quesumus, ut pro beati Willigisi confessoris tui atque pontificis humili prece et sincera devocione mereamus perfrui eterne claritatis visione. Per.

**Komplet** >Invitatorium< Adoremus trinum et unum confessorem dominum, qui electum suum Willigisum signis consecravit glorie. >Antiphona< Sancto Willigiso divina gracia pleno devotissime vixit deo. >Antiphona< Ieiuniis et orationibus oblectabatur<sup>5</sup> *Fol. 6r* animus et bonis, quibus vacabat operibus. >Antiphona< Ideo illi prima profertur stola et palme immarcescibilis corona. >Responsoria< Confessor dei Willigisus humilis prosapia virtute pollebat et sapientia, qua illuminata ecclesia celesti fulget patria, ubi dignus vita fruitur perpetua. >Versus< In terris coram deo humiliatus, in celis est exaltatus. Ubi dignus vita fruitur. >Responsoria< Dilectus deo et hominibus vir factis egregius erogando sua pauperibus centuplum acceperat. Ut ait dominus. >Versus< Nam Christum in premium suscepit et vitam eternam posse, ait. Ut ait dominus. *Fol. 6v* >Responsoria< Magnum iuri

---

<sup>5</sup> Es folgt gestr. ani.

meritum, qui Christum recipit premium, cuius contemplatio sanctorum est consolatio.  
>Versus< In excelso resident solio, exultat cum universorum domino. Cuius contemplatio.

**Nokturnen** >Antiphona< Confessoris domini precibus nos adiuuare quesumus, ut per eius merita nostra tergantur crimina. >Antiphona< Virtutibus irradiati resonemus laudes non indebitas deo patri et beatissimę Marię matri. >Antiphona< Quo donante post huius vitę transitum percipiamus gaudium, qui cęlestis exercitus consortium. >Responsoria< Veneranda colende patronę gregi tuo miserere, ut alleni- *Fol. 7r* ati onere miserie accumulēmur dono gracię. >Versus< Deponentes veterem hominem, qui omnem turpitudinem accumulēmur dono gratię. >Responsoria< Quis linguis loquens hominum, digne depromat pontificiis meritum, qui tanta miracula virtutum. >Versus< Effectus est enim iudicium rei, qui fecerit magnalia die et tanta miracula. >Responsoria< Obtinuit namque meritis, ut lumen restituat ceris claudis incessum levem pondere oppressum. >Versus< Cuius fulti suffragiis nos conductionis fragilis, id consequamur precibus ut lumina.

**Matutin** >Antiphona< Beatus Willigisus sacro plenis ęloquio *Fol. 7v* non abscondit verbum sub modio, sed protulit in medio. >Antiphona< Qui divina cooperante gracia non suffocatum a zizania, centuplum erevit in area. >Antiphona< Unde beatorum animę ex salubris ammonicione in paradiso foventur requie. >Responsoria< Presciebat secreti conscius, antequam vir dei in lucem sit proditus, qui esset verbi minister idoneus, qui inferendo providus. >Versus< Igitur apostolis parem constituit in dispensatione, qui esset verbi minister idoneus. >Responsoria< Contulit itaque dominus sibi plebem, in qua seminavit semen, qui agri cultura respondit labori proferendo plura. >Versus< Iam filiorum animę percepto patris se- *Fol. 8r* mine ereverunt uberrime et agri cultura. >Responsoria< Postulante divina gracia pastor bonus surrexit in ęclęsia, cuius veneranda sollempnia celebret cum devotione fidelis anima. >Versus< Acceptus enim apud dominum petentibus prebet salutis portum, cuius veneranda.

**Laudes** >In laudibus antiphona prima< Dignus est pastor boni amplecti ab ovibus, qui mercede sua dignus est operarius. >Secunda antiphona< Pontificis memoria nos erigat ad superna, cuius beata anima cęlesti coruscat patria. >Tertia antiphona< Cuius sacrum corpusculum adeo candens, ut lilium repositum in loculo refulget ut sol in clipeo. Huic devotissimo occurramus obsequio, queramus medicum, *Fol. 8v* qui inveniēmus doloris remedium.

**Terz** >Antiphona< Quem decoravit dominus signis et virtutibus, quę pro merito debito magna facit deus in populo.

**Messe** >In evangelio antiphona< O pastor ovium, o spes credentium, o via errantium, gregem tuum pastor non deseras, sed dextera tua protegas, qui scuto virtutum nos undique muni contra tela hostis perfidi.

### Lesungen

*Fol. 9r* >Prima lectio< Noverit, fratres dilectissimi, vestra floribus virtutum tanquam margaritis ornata discretio, quoniam, si servus, non servus ad oculum, vel certe villicus, villicationis rationem redditurus, non defraudaverit dominum suum grande atque perclarum utriusque extat meritum. Rursus agricola sedulus et frequens circa ministerium, perarato vomere et perfecto, non parce seminans semen suum, si forte, ut assolet, in tempore messis fefelle- *Fol. 9v* rint, arva colonum, nimirum piget eum omnium, quos inpendit laborum, ac in merore positus non invenit requiem spiritus. Quanto igitur studiosius, qui rectius beato, qui glorioso Willigiso patrono assurgat cum laudibus fidelis cleri concio, qui cum psalmis ac canticis, cum sincera devocione mentis, qui corporis honor congruus deferatur, qui pro meriti debito digna sibi referatur graciaram actio. Qui cum huius mundi naufragio crebro quateretur divina cooperante gratia, virtutum gra- *Fol. 10r* dibus conscendit ad culmen pontificatus, non tantum hauriens ab excelsis gradibus honorem precii, quantum illis decoris infundens proprii. Hic itaque famulus dei humilis tum prosapia, tum per merita virtute pollebat et sapientia, qua illuminata ecclesia celesti coruscat patria.

>II lectio< Sanctus igitur Willigisus divina gratia plenus devotissime vixit deo ieiuniis et orationibus eius oblectabatur animus et bonis, quibus vacabat operibus. Dilectus deo et hominibus, vir factis egreguis, erogavit sua pauperibus. *Fol. 10v* Sicut de spina pullulat rosa, sic vir dei velut oliva fructificavit in ecclesia. Quanto Lucifer preluminat stellis, tanto vir dei lucidior Lucifero claritudine sanctitatis, huius sanctitatis meritum, odorem spirans suavissimum, redolet ad dominum et floret in conspectu eius, ut lilium. Quis linguis loquens hominum digne depromat pontificis meritum et tanta insignia virtutum? Sane vix sapiens et callens iugi et pervigili mentis cura queat investigare, investigatum enucleare, *Fol. 11r* enucleatum stili officio exarare. Eximie et ineffabilis pietatis homo semper intendebat operi bono, nudos operuit, infirmos atque beatos pauperes spiritu in sua suscepit, vinctos mendicantibus victus pietate solvit, dispersos collegit, indoctos docuit, errantes correxit, incredulos ad dominum convertit. Mandata dei conferens in corde suo diligenter observabat, viduas et pupillos iustificabat. Qui infirmum fuit, consolidavit et, qui egrotum, sanavit et, qui confractum, allegavit et, *Fol. 11v* qui abiectum, reduxit. Fuit hic et est omnibus speculum et exemplum vite per bona opera et verba, que procedebant ab eo rite. Cuius sanctitatis merito per diversa mundi climata divulgato, qui, que infidelis declinavit et quievit ab errato ac per ipsius bonam famam conculcavit, que sprevit gloriam vanam. Exemplum enim boni de bono fideles quisque (!) acceperunt et per artam viam, que ducit ad celestia regna, feliciter pervenerunt.<sup>6</sup> Et quia meminerat vocationis regis superni dicen- *Fol. 12r* tis: Venite, benedicti patris mei, percipite regnum et vobis paratum est ante constitutionem mundi. Esurivi enim et dedistis michi manducare, sitivi et dedistis in bibere.<sup>7</sup> Hospes eram et collegistis me et cetera. Idcirco hec et his similia vir dei opera misericordie propensius agebat. Sciebat enim quicquid consolationis Christi pauperibus in penderet, totum hoc ad ipsum, a quo bona cuncta procedunt, pertangeret. Dicit enim: Qui uni ex fratribus meis fecistis, mei fecistis.<sup>8</sup> Si quid preter *Fol. 12v* spem vel meritum insolenter accidit - maxime enim simplices et recti ac timentes deum ab infidelibus persecutiones patiuntur - equo et patienti animo ipse onus suum portavit. Meminerat enim,

---

<sup>6</sup> Cf. Mt 7, 24.

<sup>7</sup> Mt 24, 34. 35. 36.

<sup>8</sup> Mt 24, 40.

qui dominus locutus est: Beati, qui persecutionem patiuntur propter iusticiam, quoniam ipsorum est regnum celorum.<sup>9</sup> Meminerat et vox veritatis clamat: In patientia vestra possidebitis animas vestras.<sup>10</sup> Quid plura? Ut raduis solis te presequiturque sororis, sic vir et amicus dei quondam privi- *Fol. 13r* legio et quadam prerogativa, qui commune est aliis, non inproprie sibi vendicat nomen confessoris. Hic igitur sacro plenus eloquio non abscondit verbum sub modio, sed protulit in medio. Qui divina cooperante gratia non suffocatum a zizania centuplum crevit in area. Semen enim, qui in terram bonam cecidit, multum fructum protulit.<sup>11</sup> Unde beatorum animę ex salubri ammonitione optata et perpetua fruuntur requię.

>Tertia lectio< Presciebat secreti conscius, antequam vir dei in lucem sit *Fol. 13v* proditus et esset verbi minister idoneus et in serendo providus. Predicavit Christum corde credendo, predicavit Christum ore confitendo. Sic igitur promissum domini fideliter adeptus est. Dicit enim: Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor et ego eum coram patre meo.<sup>12</sup> Contulit itaque dominus sibi plebem, in qua seminavit semen et agri cultura respondit labori proferendo plura. Nam filiorum animę, percepto patris semine, creverunt uberrime. O magnum viri meritum, qui *Fol. 14r* tantum ecclęsie peperit fructum! O magni patrocinii civitas, quam iacentem erigit, morbidam curat, egram sanat pontificis almi sanctitas et pro cuius excessibus deum assidue profusis orat fletibus, ut bonus pastor pro ovibus! Felix et vere beatus, in cuius manu - ut virga - Aaron fronduit, immo frondet hodie eius presidio pontificatus. O res digna memoria, o vir laude dignus per omnia, qui pro dei reverentia duo in Moguntia condidit monasteria<sup>13</sup> cum summa vigilan- *Fol. 14v* cia. Recte et vere iste potuit domino racionanti cum servis respondere. Domine, duo talenta tradidisti michi, ecce, alia duo super lucratus sum.<sup>14</sup> Merito audire, accipere et consequi meruit illud domini congratulantis et dicentis: Euge, serve bone et fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam; intra in gaudium domini tui.<sup>15</sup> Illo (!) quoque in cunctis provido, multa insignia devotis optulit (!) sancto Martino, per quem eius concivis fieri promeruit. Obtinuit iste meri- *Fol. 15r* tis, ut lumen restituat cecis, claudis incessum, levem pondere pressum. Magnum beati et gloriosi Willigisi meritum, magnum premium, qui recipit Christum dominum. Quid illud fratres karissimi, qui, postulante divina gratia, cum surrexisset pastor bonus in ecclęsia,<sup>16</sup> et pontificium et Romanum imperium, regnante Ottone Romano imperatore augusto<sup>17</sup>, cum ipsius adiutorio, qui summus rex et pontifex est sollerter administrabat? Quid illud, qui una persona duo administrabat *Fol. 15v* officia? Onus<sup>18</sup> ipse portabat regis et onus in se portabat pontificis. Mirabilis deus in donis suis et sanctus in ominibus operibus suis! Nimirum idcirco et regnum et sacerdotium regebat, ut, hiis convenientibus in uno, longe lateque sermo dei curreret et in toto orbe terrarum fructificando proficeret. Omnium rerum oppulgentia maxime sui temporis suppetebat,<sup>19</sup> et

---

<sup>9</sup> Mt 5, 10.

<sup>10</sup> Lc 21, 12.

<sup>11</sup> Cf Lc 8,5-9.

<sup>12</sup> Mt 10, 32.

<sup>13</sup> *Am Rand von zwei Händen*: duo monasteria bzw. SS. Stephani & Victoris.

<sup>14</sup> Mt 25, 22.

<sup>15</sup> Mt 25, 23.

<sup>16</sup> *Am Rand von derselben Hand*: Notandis et (eos) rexit Romanum imperium tempore domini Ottonis imperatoris.

<sup>17</sup> *An Rand von anderer Hand nachgetr.*: Otto 3.

<sup>18</sup> *Aus verblichen honus korr.*

<sup>19</sup> *An Rand von anderer Hand*: Oppulgentia rerum.

pax in orbe tranquilla manebat.<sup>20</sup> Quicquid famulus dei possidebat, totum hoc incultum dei vertebat. Domine, iste *Fol. 16r* sanctus dilexit decorem domus tuę et locum habitationis glorię tuę. Dignus est pastor bonus, ut amplectatur ab ovibus, et mercede sua dignus est operarius. Et si non eadem mensura, qua mensus est ovibus, saltem mensura minori qualicumque, quantum possimus, remetiamur ei. Pontificibus memoria nos erigat ad superna, cuius beata anima cęlesti coruscat patria. Cuius sacrum corpusculum adeo candens, ut lilium repositum in loculo refulget ut *Fol. 16v* sol in clipeo. Huic devotissimo occurramus obsequio, queramus medicum, et inveniemus doloris remedium. Quem decoravit dominus signis et virtutibus, quę pro merita debito magna facit deus in populo. Sed quoniam confessoris domini atque pontificis opera bona fructus boni comitantur - qui enim seminavit de benedictionibus, de benedictionibus et metet - delibando fructus dulces cibos capiemus. Prius autem, fratres kariissimi, quia res mira, res sancta, immo res *Fol. 17r* omnino divina est, de qua agitur, veniam peto, petendo genua flecto, flectendo voveo, vovendo vehementer<sup>21</sup> exopto, ne de genere, ne de persona, ne de scientia, ne de moribus, ne de ordine aut conversatione aut divitiis mecum coram iudice contendatis. In nomine enim domini, qui iuxta secundum mandatum nemo fidelium accipiet in vanum, licet sit id, de quo agitur, preter visitatum et solitum naturę cursum ac contra ordinem rerum, nichilominus tamen accedit ad verum.<sup>22</sup> Sed quia stultus *Fol. 17v* simul totum profert spiritum, ne idem videamus incurrere vitium, singula queque suum decenter capiant locum.

>Quarta lectio< Anno igitur dominice incarnationis millesimo centesimo XLVII, tercio vero nonas Augusti [1147 VIII 3],<sup>23</sup> cuius mensis decursus humane conditioni minus idoneus, immo gravis, importunus, iners<sup>24</sup> et pene ineluctabilis est, anhela febris quendam de consortio fratrum - quisquis esse, novit ille, qui omnia novit - celeri gradu corripuit et quibusdam invisibilibus vin- *Fol. 18r* culis contra votum ac propositum deprehensum tenuit. Cumque morbus ille magis ac magis increbesceret, et vires illius inportunitate incendii decoqueret, intro consilio humiliter et cum debita reverentia petiit, corpus domini sibi dari et gratia dei, quę in eo vacua non fuit, effectum et propositum tenuit. Hec mora efficacit et participatione dominici corporis vires animi paulisper recepit. Cumque paululum revixisset spiritus, frequenter cepit invocare nomen beati atque *Fol. 18v* gloriosi Willigisi confessoris domini, quatinus dignaretur ipsi esse subsidio et solvere eum ab eo, quo tenebatur infirmitatis vinculo. Cepit etiam tacitus rem secum volvere et revolvere, quidnam esset, qui ovis non recognosceret pastorem vel debitum pro merito non inpenderet honorem. Nondum enim tantę auctoritatis et tanta nominis extitit ante ostensionem glorię et virtutis, quę dominus non nostris, sed suis meritis revelavit nobis. Hęc res sibi erat oneri et, qui ferre recusarent, humeri. *Fol. 19r* Rursus cepit animus divina inspirante gratia in villam sententię partem declinare. Potens est dominus de lapidibus istis prophetam suscitare. Potens est dominus servus signis et virtutibus his novissimis diebus in gloria sua

---

<sup>20</sup> *Am Rand von derselben Hand: & pax.*

<sup>21</sup> *vehementer in Vorl.*

<sup>22</sup> *Unten von anderer Hand: Nam et iste Willigisus fuit filius aurige in Saxonia de Schoneck natus et qui humilem progentem habuit in suo (thallamo) ornato grassis (...) sibi iussit seu (fuerit) eius ipse cla(mor) sub diligenta custodia servandis intrare solus conservevit et (...) super(a nostra), qua talis (eritis). Willigise, Willigise, und veneris recole et usq ue huic habentur due (rote) quasi (...) in vexillo magn(o) et idem Willigisus obiit anno domini M<sup>o</sup> XI [1011]. Henricus 2: Idem sanctus Willigisus con(...) (huic) in regem Henricum secundum (...) (...) apud Maguntiam.*

<sup>23</sup> *An Rand von anderer Hand: Nota tempore Henrici (...) VIII archiepiscopus Moguntinensis 1147.*

<sup>24</sup> *Am Rand von weiterer Hand: Primum miraculum circa tumulum Beati Willigisi factum anno 1147.*

manifestare. Et invenit canticum naturali lingua mira arte compositum, qui, quia ad presens negotium non spectat, lingua suspensa silentio pretereat. Sed iam fratres dilectissimi hiis ita ordine gestis ad rem stupendam, ad rem sanctam, immo ad rem omnino divinam, et ad tanta *Fol. 19v* miracula virtutum, quibus deus his novissimis diebus mirificavit, sanctum suum corde credendo, ore confitendo, prout decet omnes, maxime autem domesticos fidei, sobrie accedamus, ut et domini nostri misericordiam et gratiam ac patroni nostri valeamus percipere infirmitatis medelam. Anno igitur dominicę incarnationis prenotato, cum frater ille infirmitatis vinculo detineretur, resumptis tamen, ut diximus, paulisper mentis viribus et toto noctis spacio non gus- *Fol. 20r* tasset dulcedinem somni, qui est quies gratissima rerum, qui fere omnibus egrotantibus commune vitium est. XIII<sup>to</sup> kalendarum septembris medio prime ferie, decurso noctis spacio sanctimoniales<sup>25</sup> pulsato signo matutinales horas celebrant [*1011 VIII 19, am frühen Morgen*], similiter et contemplativum divino officio studioso vacabant. Novissime vero, cum apud sacrum et venerabilem primi tituli locum secundi organi rantur crebro procelleret aures, nec dum in basilica confessoris domini vir ille gravi somno op- *Fol. 20v* pressus evigilaret, apud quem specialiter ea cura manebat audi fidelis nota signa misterium, quo nichil est verius, nichil in mundanarum rerum cursu mirabilius, ut des(uret) secundi organi cantus in prefato sacro et venerabili loco. Repente succinuit primus primi in basilica confessoris domini remoto omni pulsantis amminiculo et arcificiens ingenio tercio repetens sono, prout erat sanctę et individue trinitatis donum. O nox clarior, aurora et gemmis ra- *Fol. 21r* diante corona, nox vigil in castro, domino resplendet ab astro, nox fulget in tenebris res esse ammiranda, lux fulget in tenebris res glorificanda. Os non habens, loquitur, vas fusile, irrationale, utrum hoc maius, an qui aptum est os Zacharie. Vigilar vas fusile, et dormit sensus et rationis, capax ille pulsare, excitare non debuit, vere nichil impossibile regi glorię.<sup>26</sup> Erat autem somus, quem proferebat vas fusile, mirum in *Fol. 21v* modum delectabilis, plenum dulcedine musici carminis. Non generebat hec in animo tedium, sed sanctę et individue trinitati tercio repetitus verum prohibuit testimonium. Cumque soni tenor in tenues vanesceret au(ti)as continuo, quidam strepitus pedis in modum viri deambulantis, aures egrotantis increpuit, ut preteritorum exhibitio futurorum foret certitudo, sicut postmodum experimento didicit hic, ut vera fateamur nimirum horrere comę et vox faucibus hesit *Fol. 22r* existimans virum mirum eodem perstrepere. Mox expansis manibus metis oculos flens atque eiulans ad cęlum levabat et percutiebat pectus suum dicens: Dominus propicius esto michi peccatori. Multiplices etiam laudes domino deo decantabat super signum, qui acceperat. Interea domestice fidei ardenti studio unus et alter accurrunt, tantus enim ille illo tempore restabat comitatus satis facientes petitioni iacentem erigunt iuribus expertem vestimento, qui a viro illustri et prodigo quisquis est, *Fol. 22v* dominus scit, gratis acceperat. Involuunt humeris suis volentes eum imponere renuebat, nam signum, qui acceperat, vires animo ministrabat. Mox invocata spem sancto gracia fretus, vexillo signi previi devotus, petit lumina templi diligenter inquirens, si quis esset conscire, huius rei, que divinitus acciderat et nostre manifeste constitit et experimento didicit, qui dominus dicit: Primum querite regnum dei et omnia adicientur vobis. Nam in ipso accessu sacri loci occurrit vir ille, *Fol. 23r* cuius id erat officii aperire, qui claudere valvas templi, qui pulsandi officio fatis facere domino, qui paucis ultra citraque habitis sciscitandi, gratia de eodem inquisitus recenterato idem de eodem, qui infirmus acceperat testimonium cum iuramento perhibebat affirmans

---

<sup>25</sup> *Am Rand der Zeile von anderer Hand: moniales.*

<sup>26</sup> *Es folgt gestr. Erat.*



se lenitate soni - quasi gravi e sommo suscitatum. Et vehementer ammirans eo, qui acciderat, aiebat se indui quantocius vestimento qualicumque, qui celeri gradu correpto manu apprehendisse funiculum, quem nescio, quo casu invenit *Fol. 23v* errore involutum, qui duarum cordarum nexibus, qui nodis circum plexum. Quo soluto, qui ab errore replicato sedulus instabat officio, confitens, qui plangens peccatum, qui minus debito ac iusto id ab ipso foret procuratum. Ante autem edicionem signi huius decurso duarum noctium spacio, bis lapsus inidem utrium ceciderat, qui similis error, qui eadem culpa hunc confundebat. Totem vero hoc, qui hunc modum divinę dispensationis ordinaverat, illa in comprehensibilis dei providentia, *Fol. 24r* ut in beato Willigiso confessore atque pontifice tercio manifestaretur gloria sua. Dicit enim: Qui michi ministrat, me sequatur, qui ubi sum ego, illic, qui minister meus erit. Et qui non venit ministrari, sed ministrare.<sup>27</sup> Accessit, qui alius testis vir simplex, qui rectus ac timens domini, qui nec hiemanti tempore ullo usus est calciamenti genere, cuius sermonis repeticio stat duplex testimonii conformatio. Asserebat enim, qui ipse, dum esset in oratorio prope posito, qui collateralis *Fol. 24v* Illi, in quo vir sanctus in domino dormit, dum presterneretur in oratione organi tenorem auribus tercio reiteratum acceperat. Erat autem homo iste assiduus in divini officii dispensatione orans iuxta apostolum sine intermissione anima<sup>28</sup> advertens verus infirmus ille, quid in nullo nuntaret testimonium, qui quid inidipsum concordarent voca trium novum inspiratum inestimabile concepit gaudium atque recurrens ad beati viri tumulum prostratus in oratione umbre *Fol. 25r* lacrimarum irrigavit eius loculum ladans, qui acceperat signum duobus idoneis testibus comprobatum, sicut scriptum est: Laudate dominum, in sanctis eius laudate eum in firmamento iurantis eius. Cumque in oratione prostratus suos ingemisceret quam plurimum reatus, quam expers iurium, gressus tamen invocata spiritus sancti gratia titubant similisque cadenti direxit ad maiorem audientiam, scilicet ad virum magnum consilii, qui discretionis quisquis est. Deus scit qui, qui ipse *Fol. 25v* in ecclesia dignitate secundum optinuti locum, cuius dilectioni rem, quę acciderat, ordine referebat. Nil cogitans nil premeditans, nam datum est ei in illa hora, quomodo aut quid coram tanta, quid tantę dignitatis, homine loqueretur. At ille sicut domino, deo placuit, verba referentis benignitate suscepit, qui ea in corde suo conferens simul cum narrante gratias egit, qui devotus gloriam dedit altissimo. Quid illud, fratres karissimi, quotiens ille celato nomine sanctitati confessoris domini, ce- *Fol. 26r* reum ante stratum eius prostratus offerebat, quasi vitales carperet auras. Novo, qui miram quiam genere motus applaudendo digitos offerentis inpingebat. Hęc oculus vidit, hęc auris audivit, hęc tota mente, tot anima, qua maiori diligentia potuit conferens<sup>29</sup> in corde suo conervabat. Et quociens flexis genibus cereum, devotus obtulit offerendo, huiusce modi verbis usus est: Domine sancte<sup>30</sup> pater, suscipe hoc munusculum, qui tuę sanctitati offert devotio famuli tui dominus, qui vir sanctus *Fol. 26v* ille, qui nec falli nec fallere novit. Scit, quia non mentior. Sed adhuc locus est. Nam, si fideliter, qui diligenter, cordis aures adhibeatis egregium quiddam, qui sanctissimus, quid insinuabit vestre<sup>31</sup> dilectioni verbum veritatis.<sup>32</sup> Tertium enim signum unde omne datum optimum, qui omne donum perfectum descendit a patre luminum ob preclarum, qui in signe beati Willigisi confessoris domini atque pontificis meritum anno igitur dominicę

---

<sup>27</sup> *Am Rand die Glosse:* Nota secundum miraculum circa tumulum Beati Willigisi anno 1147 factum.

<sup>28</sup> anim in Vorl.

<sup>29</sup> conferens in Vorl.

<sup>30</sup> sanctę in Vorl.

<sup>31</sup> vestre in Vorl.

<sup>32</sup> *Am Rand die Glosse:* Tertium miraculum circa tumulum Beati Willigisi anno 1147 factum.

incarnationis prelibato *Fol. 27r* VIII vero kalendas septembris [1011 VIII 24] in ipso fere clarescentis dies exordio septimę ferię cum matutinalium horarum amore, qui desiderio incessanter incalesceret animus, eger ad sacrum locum, iter areptum, agebat. Post signum enim, quid acceperat quantum divina gratia, qui reos misericordię dei instillaverat, bonis operibus invigilare satagebat, cumque beati Batholomei festum cęlebre, immineret, qui rerum ordo deposceret, ut universus chorus organorum resoneret, quando vacabat locus *Fol. 27v* pensacionis negocio maxime necessaria videlicet corda manus, qui artis pericia, ita, ut si unum de tribus tollas, cetera nulla racione, quantum ad effectum, permaneant. Ipsa divina potentia tenens principatum per omnia sibi mancipavit singula. Ipsa enim, ubique presens, ubique tota, regnat, qui imperat per omnia. Rogo vos, fratres, quis, quantus est iste, qui facit ea, quę non sunt, tamquam ea, quę sunt, qui, quę sunt, tamquam ea, quę non sunt. Considerate- *Fol. 28rv* *fehlt Fol.29r* rate dominum magnum, qui magnum, qui laudabilem multum, cui prestant obsequia muta insensibilia, qui diversi generis metalla. Ipse est enim, de quo David propheta<sup>33</sup> ait: Magnus dominus noster, qui magna virtus eius, qui sapientię eius non (est) numerus. Considerate, fratres, quantus sit in regno dei, quem conspiciatis iacentem in humili. O, quam preciosa margarita in sinu matris ecclesię est sita, quam preciosus in agro domini thesaurus reconditur, qui nec erugine nec tinea demolitur *Fol. 29v* nec aliqua contagione corrumpitur. Sed adhuc florem arboris non infructuose plenum sua vitate odoris liber perstringere. Illud enim ad memoriam non revocare est longe a via veritatis declinare, quem admodum incuruus, qui contractus quidam sicut reverendorum tradizione patrum velut fonte lucidissimo puritas emanvit, qui hortum fidei irrigavit faultate domini inopiam sui tegebat, qui eum propter domini in interiori mentis habitaculo benigne locaverat. *Fol. 30r* Propter quam pietatis formam preter ea, quę intrinsecus lacebant omni acceptione dignus inventus, qui habitus est, ita ut in basilica confessoris domini, cuius memoria in benedictione est non sine dei providentia constitutus, gregem suum ad pascua, qui ad a(quia)tum duceret, ne forte in via deficeret, sed iam in commoditates, qui miseras, quas supra taxatus, sustinuit, quamvis non sint condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam, quę revelabitur in nobis quasi lucerna lucente *Fol. 30v* videamus. Iste pauper, qui modicus utrum parentum suorum, an proprii reatus culpa, an ut manifestarentur opera dei in illo, nescio, dominus scit, tanquam animalia, quę natura prona atque obedientia ventri finxerat oculos ad cęlum levare minime poterat. Ad hoc genus miserie maiori quiam tormentabatur vulnere siquidem officio pedum terrę non innitebatur, sed quociens ad sacrum locum divertere proponebat. alter alterius onus portabat. Qui sanctitatis confessoris *Fol. 31r* domini clarum decus, qui iudicium digne in memoria vertitur hominum. Nam de cursu cuiusdam celberrime noctis aliquantis per spacio, dum dulcedine, qui sapore somni gustasset, prout divina voluit clementia, vox cęlatur illapsa ad fores aurium discumbentis tercio pulsavit. Exurge, qui dormis, exurge, exurge, si vis medelam, qui sanitatem corporis pertingere festina, quantocius loculum beati Willigisi gressibus fidei pervenire. Mane itaque factio visionem, quam vidit domino, detegit apud *Fol. 31v* duę trinitatis misterium in singulis habet locum, in singulis tenet principatum. Primum quidem, qui hoc beatus homo pontificali fulgens honore in sacerdocio, in Romano, ut paulo, ante diximus, inperio decoratus est ęterni regis solio. Habet locum in diversi generis ordine, qui professione, alia enim est professio sanctimonialium, alia contemplativorum, alia canonicorum.<sup>34</sup> Quibus tribus professionibus

---

<sup>33</sup> prophęta in *Vorl.*

<sup>34</sup> *Am Rand nachgetr.* professio 3.

maxime, qui precipue benedicatur, qui sanctificatur dominus. Habet locum ubi, ut perdixi-  
*Fol. 32r* mus vir minus officii providus ter concidit lapsus. O beata culpa, quę criminis caret  
macula, nil hic peccavit, sic enim providencia dei disponendo ordinavit. Habet locum  
intriplici organi cantus reddicione, habet licum, in his sine quorum munere nequit  
huiusmodi amministratio frequens, qui usitata constare, videlicet corda manu, qui artis  
pericia. Habet locum in trium virorum, qui signum acceperant, testimonio, sicut scriptum  
est, in ore *Fol. 32v* duorum aut trium testium stet omne verbum. Habet locum, ubi iam tercio  
mirificavit dominus sanctum suum in gloria sua. Tria namque prelibata sunt, quę in diebus  
nostris pro gloriosi confessoris atque pontificis merito deus magna ostendit in populo.  
Habet locum, ubi in conspectu dei florent, nitent, redolent eius namque marcida eius  
semper virencia, qui recolenda tria beneficia, quę sunt ut res subiecta oculis innotuit duo  
domus dei luminaria, quę struxit in Moguntia,<sup>35</sup> qui in tercium *Fol. 34r* luminare, quo magna  
ex parte illustratur Turingia,<sup>36</sup> videlicet in loco, qui comuni, qui usitata lingua Gicheburch  
appellatur<sup>37</sup>. Neque tamen digna memoria, que sancto Martino devotus obtulit in signia,  
silentio sunt pretereunda. Videsne, ut in omnibus, qui per omnia sanctę et individue  
trinitatis magnum ac preclarum atque ineffabile cooperatur sacramentum? Videsne, ut beati  
Willigisi meritum plenum sit numero octo beatitudinum? Quid audivit talia? Quis vidit his  
similia? Quis excogitavit, quis adinvenit, *Fol. 34v* quis, cui contulit, hec omnia? Quis artifex in  
opere? Ille mire potencie, quę nullo clauditur fine, ille ineffabilis misericordię, ille plenus  
gratię, ille redemptor anime, ille, inquam, rex glorię, ille conditor universe fabricę, in quo  
non est transmutacio vicissitudinis obumbratio, quem nulla tangit necessitas, cuius dicere  
est agere, qui agere velle. Post tam omsignia ergo, qui recolenda virtutum opera, quę  
dominus pro beati Willigisi merito magna ostendit in populo. Certi sumus, qui *Fol. 35r*  
confidimus in domino, quisquis reatus ui conscius locum habitationis suę beneficia  
petiturus ingreditur, si correctionis votum voveat,<sup>38</sup> qui opera tenebrarum abiat, pro huius  
viri merita transactę vitę tergentis crimina. Si quis de mone obsessus introierit si radice,<sup>39</sup>  
qui ubere fidei alitur, fides tua te salvum fecit audire merebitur. Si vero leprosus a lepra  
mundabitur<sup>40</sup> nec ei perniciēs damnabitur, qui, si cecus per domini merita cecitatis pelletur  
nebula,<sup>41</sup> *Fol. 35v* qui oculorum fomula gaudebit nove salutis percepisse gaudia. Si surdus  
aut mutus surdo auditus, muto loquendi dabitur usus.<sup>42</sup> Si claudus invocabit, recto functus  
officio pedum ambulavit,<sup>43</sup> verum ne currendo per singula, dum brevitati parvitas nostra  
studeat sermo prolixus fiat de quocumque tribulationis articulo, vox clamantis ad aures  
pietatis eius pervenerit ipsius multimoda protectionis, qui salutis senti et dona. Impetremus  
ergo a domino dilectissimi interioris *Fol. 36r* hominis suspirio lacrimarum imbre irruguo,  
quatinus eius opitulante gratia tenebrarum detestemus opera ac sectantes, quę sunt  
beneplacita, dei ambulemus, ut filii diei invocemus patronum iustum, mansuetum et pium,  
ut eius patrociniū sit nobis remedium, qui sempiternę salutis subsidium imploremus  
pastorem animarum nostrarum, ut ipso duce previo, cuius oves sumus, proprie valeamus

---

<sup>35</sup> *Am Rand von jüngerer Hand nachgetr.* 2. Moguntię lumina.

<sup>36</sup> *Am Rand von jüngerer Hand nachgetr.* Turingia.

<sup>37</sup> *Am Rand nachgetr.* Gicheburg.

<sup>38</sup> *Am Rand nachgetr.* 6i Confessus.

<sup>39</sup> *Am Rand nachgetr.* Obsessus.

<sup>40</sup> *Am Rand nachgetr.* Leprosus.

<sup>41</sup> *Am Rand nachgetr.* Coitus.

<sup>42</sup> *Am Rand nachgetr.* Surdus & Mutus.

<sup>43</sup> *Am Rand nachgetr.* Claudus.

introire illud cęlestis habitaculi ovile domino deo patre, qui spiritu sancto cooperante et sermonem confirmante *Fol. 36v* sequentibus sginis. Amen.

>In festivitate beati Willigisi confessoris seque[ntia]<

Laudes patrono modulemus: dulci sono. Die celebri, qua iacentem: dulci humili. Eredit dominus: in sublimi. Hodie hunc dominus consecravit. Qui totum se sibi commendavit. Vocibus supernorum benedicientibus patronum. Hodie hunc beatificavit in gloria et iocunditatis stola. Huic consecrationi magni pusioli. Omnis ordo, omnis etas, psallat, agat gracias. Laudis nostrę pontifex vere dignus est heres. Qui *Fol. 37r* pro nobis ad deum humilis humiles fundit preces. Qui spes, laus nostra, salus qui, qui gloria. Per infinita secula dei gracia regnat, qui regnet cum suis in patria.